



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Innocentivs III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Quibus competeret olim facultas creandi, & destituendi Inquisitores, & qua ratione Inquisitores semel creati deponi debeant.

Edita anno Do-
mini 1254.

Ex Archivo
Inquisitionis
Bononiensis.

InnoCentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori Prouinciali ordinis Prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

LICET ex omnibus mundi partibus, quæ nomine Christiano censentur, teneamur ex officij nostri debito expurgare letiferam pestem hæreticæ prauitatis: In Italia tñ imminet nobis hæc sollicitudo propensius, vbi eandem pestem (propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei catholice peruersos mores peperit) ex vicinitate persensimus abundantius succeruisse. Volentes igitur in prouincia Lombardia à Bononia & Ferrarâ inclusue, vsque ad vltimos fines superiorum partium eiusdem prouinciae, ac Marchia Ianuensi, per aliquos de fratribus prioratus tui, super hoc partes nostræ sollicitudinis adimpleri: discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus tu, vel vicarius tuus, cum contigerit te abesse, de consilio discretorum fratrum, quatuor ex eiusdem prioratus fratres, viros zelum habentes Christianæ fidei, & opere ac sermone potentes, assumas, eisque Inquisitionis officium contra hæreticos, eorumq; fautores, & complices, in prædictis prouincia & Marchia, iuxta formam, quâ eis per alias litteras nostras expressimus, exequendum iniungas: quos eam, quam in eisdem litteris comprehendimus, habere volumus potestatem. Si vero quemquam eorundem Inquisitorum, ex causa videris aliquando amouendum, alium illo amoto substituas, pari potestate functurum, quoties id faciendum deliberatione, cum discretis fratribus præhabita, tibi vel eidem vicario, te absente, visum fuerit expedire. Datum Assisij iij. Kalen. Iunij, Pontificatus nostri anno vndecimo.

INNOCENTIVS III.

Inquisitores prædicent fidem catholicam, ac per alios faciant prædicari: cruce signatos recipiant, qui hæreticos insequantur: et audientibus conciones Inquisitorum de fide habitas, viginti vel quadraginta dierum indulgentiam concedant Inquisitores, qui hæreticos persequuntur, plenariam indulgentiam adipiscuntur.

Edita anno Do-
mini 1254.

Ex Archivo
Inquisitionis
Bononiensis.

InnoCentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori Prouinciali ordinis Prædicatorum in Lombardia, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

MA I T I A, huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardia, per uersorum morum peperit corruptelâ, ex quibus pestifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito nocetur pullulasse. Ad purgationem igitur eiusdem pestis, iuxta officij nostri debitum ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi iniquitatis operarios, qui massam catholice puritatis, fermento propriae contagionis inficiunt, fideles, ut cõsurgant, stentq; nobiscum, pro Euangelicis, quas professi sunt legibus defendendis, salubribus exhortationibus incitari. Quo circa deuotioni tuæ, per Apostolica scripta, districte percipiendum mandamus, quatenus tu, vel vicarius tuus, cum contigerit te abesse, per te ipsum ciuitatibus & locis alijs, quæ infra prioratus generalis tibi commissi, statutos ab ordine tuo limites continentur, prædicans contra hæreticos verbû crucis, & per idoneos ad hoc fratres tuos faciens publicæ prædicariæ consignari crucis charactere eos, qui tacti zelo fidei contra hæreticos, eorumq; fautores uoluerint cruce signari fideles ad huiusmodi prædicationis, & crucis signationis officium exequendum, in ciuitatibus & locis prædictis, tot de fratribus tibi commissis verbo & opere potentes assumas, quot ex eisdem assumptis, singulis ciuitatibus & diocesis Prioratus eiusdem bini valeant deputari: Nos. n. tibi & eorum singulis largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam de iniunctis pœnitentijs vere pœnitentibus & confessis, qui ad audiendum uerbum ipsum deuote affuerint: necnon & illis, qui ad extirpandam hæreticam prauitatem, signum crucis acceperint, illam indulgentiam, illudq; priuilegium concedendi, quæ transfretantibus in terræ sanctæ subsidium in generali conceduntur: concilio, plenam auctoritate presentium concedimus potestatem. Datum Assisij, 2. Kalen. Iunij. Pontificatus nostri anno vndecimo.

INNOCENTIVS III.

Vniuersis Christi fidelibus.

Insigne hoc rescriptum pœnas continet hæreticorum, & eorum qui hæreticorum complices dicuntur: item magna ex parte ostendit, quis ordo in iudicio aduersus hæreticos suscepto, debeat obseruari, & concordat omnino eum iure communi in c. Excommunicamus 1. & 2. de hæret. & cum c. Quicumque. de hæret. lib. 6. & cum rescripto eiusdem prorsus sententiæ Nicolai iij. quod est infra, & incipit etiam Nonnerie vniuersitas. & cum rescripto Alex. iij. relatio in Directorio Inquisit. parte 2.

NO.

NOVERIT vniuersitas vestra, quòd nos ad instar se. re. G. Papæ prædecessoris nostri excommunicamus, & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosephinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios, quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Damnati vero per ecclesiam sacrali iudicio relinquuntur animaduersione debita puniendi; clericis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendum condignam penitentiam, in perpetuum carcerem detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, similiter hæreticos iudicamus. Item receptores, defensores, & fautores hæreticorum; excommunicationis sententia decernimus subiacere: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatio ne notatus, à sua super hoc non euerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti habeat factionem, nec ad hæreditatis successione in accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur: & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia percillantur, aliàs animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam eorum purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsq; ad satisfactionem condignam ab omnibus euentur: ita quòd si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, aut appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, aduocati & notarij nulli eorum officium suum impendant; alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica Sacramenta, nec elemosynas, aut oblationes eorum recipiant. Similiter hospitalarij, aut templarij, ac quilibet regulares: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituuntur absque indulto Sedis Apostolicæ speciali. Item quicumque tales præsumperint, Ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publice extumulent, & proiciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetua careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulte conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium, vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessorij suo, vel alij per quem credat ad prælati sui, & Inquisitorum, hæreticæ prauitatis notitiam peruenire; alioquin excommunicationis sententia percellatur. Hæretici autem & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumq; filij vsq; ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium admittantur. Quòd si secus actum fuerit, decernimus irritum, & inane. Nos enim prædictos, & quoscunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum, dignitates, personatus, & quæcunque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc priuamus, taliter acquisitis: volentes, vt tales, & habitis perpetuo carcant, & ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem, nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem, huiusmodi ad inuicem superstitionis hæreticæ, à via declinasse constiterit veritatis. Datum Anagninæ xvij. Kalen. Iulij, Anno vndecimo.

Edita anno Domini 1254.
Ex bibliotheca Illustrijs. Iulij Antonij Sacerdotij, Cardinalis S. Senerinæ vnus ex Inquisitoribus generalibus.

INNOCENTIVS III.

Inquisitores ardentè prædicent crucis verbum, contra hæreticos & eorum complices; eos qui cruce signari voluerint, recipiant, concessa illis sollicita indulgentia: aduersus impeditentes, aut non iuuantes Inquisitionis officium velut contra defensores & fautores hæreticorum appellatione remota procedant: crucesignatos absoluant à censuris ecclesiasticis: cù clericis crucesignatis super irregularitate dispensent: crucesignatorum vota commutent: cruce signati tempore interdicti generalis, diuinis interesse possint.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, præsentibus & futuris in Lombardia, & Marchia Ianuen. Salutem & Apostolicam benedictionem.

MALITIA huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardiæ peruersorum morum peperit corruptelâ, ex quibus letifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito nascitur pullulasse. Ad extirpationem igitur eiusdem pestis

Edita anno Domini 1254.
Ex Archivio Inquisitionis Bononiensis.